



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

Bruno, Vincenzo

Coloniæ Agrippinæ, 1598

VD16 B 8664

Circa Septimvm Et X. Praeceptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

An legerit libros vel historias impudicas & dishonestas cum voluptate carnali, vel cum periculo habendi illam.

CIRCA SEPTIMVM ET
X. Præceptum.

*Non furtum facies. Non concupisces
rem proximi tui.*

AN rem alienam sustulerit per fraudem, vel rapinam, explicando quantitatem furti, & in specie, an sustulerit rem sacram, vel de loco sacro.

An rem alienam retineat sine voluntate Domini, & non restituat statim, cum possit.

An, cum non sit soluendo suis creditoribus, hi inde damnum aliquod passi sint.

An inuenta realqua, eam abstulerit animo retinendi pro se. Idem censendum est, de rebus quæ ad manus eius venerunt, si eas non restituat suis dominis, sciendo esse alienas.

An emendo vel vendendo fraudem fecerit, aut in mercatura aut in pretio, aut in pondere & mensura.

B 6 An

34 DE SACRAMENTO

An emerit ab ijs , qui potestatem ven-
dendi non habent , vt à seruis & filijs
familias.

An emerit res quas sciebat vel dubita-
bat esse furto sublatas , & sciendo , ali-
quid de huiusmodi rebus consumps-
erit.

An habuerit voluntatem determina-
tam accipiendi , si posset , vel retinendi
rem alienam , veletiam , an habuerit a-
nimum deliberatū acquitendi & con-
gerendi opes , vt dicitur , per fas & ne-
fas .

An commiserit aliquam usuram , vel
fecerit aliquem contractum usur-
arium , vel societatem iniustam in mer-
catura .

An accepta solutione vel salario ad
gerendum officium , vel opus peragē-
dum , non bene & fideliter illud ges-
serit .

An ministros suos vel operarios frau-
dauerit mercede sua , aut cum damno
ipsorum distulerit solutionem .

An sitem moucrit contra iustitiam ,
vel in lite iusta usus sit fraude aliqua
& deceptioe ad vincendum .

An ludis vettis usus sit , an per fraudē
in ludo aliquid lucratus sit , vel luse-
rit cum ijs , qui non possunt res suas
alienare ,

alienare, ut cum filijs familias, &c.

An defraudauerit gabellas iustas.

An simoniam aliquam commiserit,
quocunque modo.

An Ecclesiam priuauerit decimis & a-
lijs quæ ei debebat.

An per media illicita vel malas infor-
mationes obtinuerit rem aliquā, quæ
nullo iure ei obueniebat, vel an alios
impediueringit iniuste, quo minus bo-
num aliquod vel lucrum cōsequen-
tur.

An auxilium vel consilium dederit,
vel alio quocunque modo participa-
uerit cum raptoribus rei alienæ, vel
cum posset & deberet, non manife-
stauit, nec impediuit latrocinium.

CIRCA VIII. PRAE-
ceptum.

Non loqueris falsum testimonium.

AN falsum testimonium dederit in
iudicio vel extra, vel alios ad illud
induxerit.

An mentitus sit cum præjudicio, &
damno notabili proximi.

An famæ alicuius detraxerit, vel falso
imponendo aliquod crimen, vel ni-
mium aliorum yitia exaggerando.

B 7 An